¶ Dominica secunda in quadragesima Epistola ad Tessalonicenses quarto

FRatres rogamus et obsecramꝰ vos in domino ihesu vt quemadmodum accepistis a nobis quō vos oporteat ambulare ⁊ placere deo. sic ⁊ ambuletis vt abundetis magis. Scitis em̄ que precepta dederim vobis per dominū ihesum cristum. Hec em̄ est voluntas dei sanctificatio vestra. vt abstineatis vos a fornicatione. vt sciat vnusquisq; vestrum vas suum possidere in sanctificatione ⁊ honore. Non in passione desiderij. sicut ⁊ gētes qui ignorant deum. Et ne quis supergrediatur. neq; circumueniat i negocijs fratrem suum qm̄ vindex est dominꝰ de his omnibꝰ sicut prediximus vobis ⁊ testificati sumus Non em̄ vocauit nos deus in immundiciam. sed in sanctificationem In cristo ihesu domino nostro

¶ Euangelium ¶ Mathei. xv.

IN illo tēpore Egressus ihesus de genazareth secessit in partes tiri ⁊ sidonis. Et ecce mulier chananea a finibꝰ illis egressa clamauit dicēs Miserere mei dn̄e fili dauid. filia mea male a demonibꝰ vexatur Qui nō rn̄dit ei verbū. Et accedentes discipuli eius rogabant dicentes. Dn̄e dimitte eam. q; clamat post nos. Ipse autem respondens ait ¶ Non sum missus nisi ad oues q̄ perierūt domꝰ israhel. Et illa venit ⁊ adorauit eu; dicens Domine adiuua me. Qui respondēs ait. Nō est bonū sumere panem filiorū ⁊ mittē canibus. At illa dixit. Etiam domine. Nam et catelli edunt de micis que cadūt de mensa dn̄oru; suorum. Tūc respondens ihesus ait ill. O mulier magna est fides tua. Fiat tibi sicut petisti. Et sanata est filia eius in illa hora.

¶ Dominica secunda in quadragesima Sermo q̄dragesimustercius De Euangelio

MIserere mei domine fili dauid. filia mea male a demonibus vexatur ¶ In euangelio precedentis dominice dictum est de temptatione diaboli. ⁊ ostensum est quibus armis d̄beat expugnari. In hac vero dominica on̄dit̄ q̄liter peccator victꝰ a temptatione sancte matris ecclesie suffragio liberet̄ per similitudinē filie mulieris chananee. que matris precibus a demonio liberatur Mulier aūt hec q̄ nobis ꝓponitur hodie i exemplū multipliciter c̄mēdatur ¶ Prio a d̄sertione praue societatis. q; dū dominū orat pro filia exiuit a ciuitatibus gentiliū in q̄ dat̄ nobis exemplū vt separemur a c̄sortio prauoꝝ. Eccle. xi. ¶ Attende tibi a pestifero. fabricat em̄ mala. ne forte. ⁊c̄. Seneca magna pars sanitatis est hortatores infamie reliquisse In hoc aūt q; n̄ solū a ciuitatibꝰ. s; a finibꝰ egressa est. innuit vt nō solū fugiamꝰ pc̄tā. s; etiā circūstancias pc̄tōru;. que sūt voluptuosa recogitatio. c̄tagiosa recitatio. damnosa cohabitatio. ⁊ p̄cipue colloquiū. visus. c̄tactꝰ. ⁊. oscula. vn̄ angeli dixerūt ad Loth. Gen̄. xix. Salua animā tuā noli respicere post tergu; tuū. nec stes i omni circaregione